



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

9. Ordinarius an possit eximere aliquod hospitale in præjudicium
sucessoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

QUÆSTIO VII.

Subditus uni Diocesano quo ad aliquid, quo verò ad aliud alteri, an utriusque statutis obligetur.

Exempli causa: Subiicitur una Ecclesia Episcopo Leodien. quo ad institutionem, deftitionem, visitationem, quo verò ad Sacramentorum perceptionem subiicitur Episcopo Ruremon. Dubitatur, iurum Rector ejusmodi Ecclesia ligabitur statuto Episcopi Ruremundenis de Residentia? Respondetur non ligari, *Feder. de Senis Conf. 99. per tot.* Ratio est, quia ad Episcopum Ruremund. spectat Sacramentorum administratio, non verò ejus interest, qua ratione beneficia gubernentur, ut proinde de rebus ad alienam Jurisdictionem spectantibus se intromiscere accus dicere non possit. *Iuris. C. 1. ff. de Juriſdict. om. Iud. cap. Pastoralis §. Rurſus Clem. de re Jūd.*

Secundo, Jurisdictione Episcopi Ruremundenis hoc in casu limitata est, & ideo limitatum parere debet effectum, solam scilicet administrationem Sacramentorum resipientem, *Iuris. C. 1. ff. de acq. rer. dom.* ceteraque debet Ecclesia ejusmodi quo ad aliam ad Episcopi Ruremundenis Jurisdictione exempta. *Feder. de Senis d. Conf. 99. Archidi. cap. 1. de privil. in 6. cap. cum Capella cap. ex ore. cap. Quoniam, cap. recepi. us. eod. ut in decretalibus, qua de re vide plura apud Romanum in stipulationibus ff. de vob. oblig. ubi eum consule.*

QUÆSTIO VIII.

Conservatores adversus injurias & violentias, an possint via inquisitoris procedere?

Federicus de Senis respondit posse *Conf. 216.* idque in odium injuriantis & favorum injuriam passi, ad emendationem damni civiliter. *cap. conquestus in fin. de foro compet.* *Innoc. cap. cum oporteat de accusat. l. presenti §. sine C. de His qui ad Eccles. confragunt. text. cap. Consultationibus in fin. de offic. deleg.* non verò ad penam criminaliter. *Innoc. & Hes. cap. cum olim de off. deleg.* *Feder. de Senis d. Conf. 216.* qua de re plura habes inferius ubi examino, an exemptus coram ordinario conventus possit invitus repeti.

QUÆSTIO IX.

Ordinarius an possit eximere aliquod Hospitalie in præjudicium successoris?

SUMMARIUM.

1. *Hospitalia subiiciuntur visitationi Episcopi,* valet.
2. *Exemptio in præjudicium successoris non posse eximere.*
3. *Capituli assensus requiritur ut Episcopus* posse eximere.

Premitto quod libro primo qu. 3. ostendi Episcopum seu Ordinarium posse Exemptiones concedere.

Præmas-

Præmitto secundò: Hospitalia omnia, etiam si ea formam pī loci non habeant, ut Episcopi autoritate contructa sint, subjacere visitationi, & inquisitioni Episcopi, cuius interest scire, num ita administrantur ut decet, atque ut in eorum institutione ordinatum est, quippe quod personæ in iis degentes sint miserabiles persona, Episcopique protectioni subjectæ c.i. de Eccles. & adiis. & ita respondit Federicus de Sena d. conf. 11. ubi alioquin alio in consilio contrarius Conf. 130. cap. si Judge Latus de fin excom. in 6. Archid. cap. cum de beneficio de prab. in 6.

² Qui bus breviter præmissis, dico exemptionem in prejudicium successoris concessum non valere.

Ratio est, quia exemptio est alienatio, quæ sine soleoni ritu fieri non potest. Fed. de Sena d. Conf. 11. Longè magis si exemptione per Episcopum concessæ non intervenit capituli consensus, qui alioqui est necessarius, cap. tua de His que sunt à Prelatis se consenserunt, c.ap. Pastoralis de donat. cap. 1. de reb. Eccles. non alien. Fed. r.a. Conf. 111. Pari natus decr. 382. nro. 3. par. 2. Abb. cap. cum olim 2. nro. 4. de privilegiis. Quæ tamen conclusio restringenda est, nisi exemptione esset temporis præscriptione confirmata, ut de quartanibz DD. de prescripti, aut Episcopo id soli licet ei privilegio aliquo speciali.

Sed quid si de fundatione non confitatur? & tunc si hospitalie formam Ecclesia non habeat, careatque campanili, inspicienda est possessione, Feder. de Sena d. Conf. 130.

Q V E S T I O X.

Ordinarius an de validitate processus Conservatoris possit cognoscere, & ei se se opponere.

S U M M A R I U M.

1. Inferior de gestis sui superioris immiscere fuerint examinatae, quod limita si nu. q. se non potest. 4. Interique occurruunt casus quibus Ordinarii se se opponere Conservatoribus posse sunt.

2. Valet statutum Episcopi ne ultra littera Apostolice recipiantur, nisi a se vel suis.

Hanc questionem Federicus de Sena Conf. 113. censet ridiculam: quia inferior de gestis sui superioris qualis est conservator, inferiuscere se non potest cap. in ferior de Major. Et obed. v. fatto 11. q. 8. Clem. ne Romani in Pr. de elec. at vero ego questionem hanc non contemnendæ inquisitionis esse censuerim: etenim non pauci proponuntur causas quibus Ordinarius permisum est, in examen revocare ea quæ in superioribus gesta sunt, cap. cum corrigant ubi fuit Navarra & D.D. de Rescripto. Abb. cap. studijs sua. 2. cum A post of offic. legati latè Bonifacia de Villadiego tract. deleg. & iopare. 1. qn. 8. nro. 43. c. 44. In voc. cap. Constitutus de appell. Huc Henricus Bonensis tract. de Synodo Episcopi Conclusione, 17. nro. 285. vers. Quinto infero, censuit valerest tutum Episcopi, ne ultra littera Apostolice recipiantur, vel in sua Directori approbentur, quin prius a se vel suis deputatis fuerint examinatae. Henric. Bo. huc cap. ex eo ubi de punit. Et remiss. ubi etiam Abb. adhibita tamen duplice cautione, prima ne id com.